



Examen VWO

Latijn

Vorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

19|**97**

Tijdvak 1
Vrijdag 16 mei
9.00–12.00 uur

Tekstboekje

1 — 1 Ita trifariam re bello bene gesta, de domesticarum rerum eventu nec patribus nec
 2 plebi cura decesserat: tanta cum gratia tum arte praeparaverant feneratores quae non
 3 modo plebem sed ipsum etiam dictatorem frustrarentur. Namque Valerius post Vetusi
 4 consulis reditum omnium actionum in senatu primam habuit pro victore populo,
 5 rettulitque quid de nexis fieri placeret. Quae cum reiecta relatio esset, 'Non placeo' inquit
 6 'concordiae auctor. Optabitis, medius fidius, propediem, ut mei similes Romana plebes
 7 patronos habeat. Quod ad me attinet, neque frustrabor ultra cives meos neque ipse frustra
 8 dictator ero. Discordiae intestinae, bellum externum fecere ut hoc magistratu egeret res
 9 publica: pax foris parta est, domi impeditur; privatus potius quam dictator seditioni
 10 interero.' Ita curia egressus dictatura se abdicavit. Apparuit causa plebi, suam vicem
 11 indignantem magistratu abisse; itaque velut persoluta fide, quoniam per eum non stetit
 12 quin praestaretur, decedentem domum cum favore ac laudibus persecuti sunt.

2 — 13 Timor inde patres incessit ne, si dimissus exercitus foret, rursus coetus occulti
 14 coniurationesque fierent. Itaque quamquam per dictatorem dilectus habitus esset, tamen
 15 quoniam in consulum verba iurassent sacramento teneri militem rati, per causam renovati
 16 ab Aequis belli educi ex urbe legiones iusserunt. Quo facto maturata est seditio. Et primo
 17 agitata dicitur de consulum caede, ut solverentur sacramento; doctos deinde nullam
 18 scelere religionem exsolvi, Sicinio quodam auctore iniussu consulum in Sacrum montem
 19 secessisse. Trans Anienem amnem est, tria ab urbe milia passuum. Ea frequentior fama est
 20 quam cuius Piso auctor est, in Aventinum secessionem factam esse. Ibi sine ullo duce vallo
 21 fossaque communitis castris quieti, rem nullam nisi necessariam ad victum sumendo, per
 22 aliquot dies neque lacessiti neque lacessentes sese tenuere. Pavor ingens in urbe, metuque
 23 mutuo suspensa erant omnia. Timere relicta ab suis plebes violentiam patrum; timere
 24 patres residem in urbe plebem, incerti manere eam an abire mallent: quamdiu autem
 25 tranquillam quae secesserit multitudinem fore? Quid futurum deinde si quod externum
 26 interim bellum exsistat? Nullam profecto nisi in concordia civium spem reliquam ducere;
 27 eam per aequa, per iniqua reconciliandam civitati esse.

3 — 28 Sic placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum
 29 et quod inde oriundus erat plebi carum. Is intromissus in castra prisco illo dicendi et
 30 horrido modo nihil aliud quam hoc narrasse fertur: tempore quo in homine non ut nunc
 31 omnia in unum consentiant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo
 32 fuerit, indignatas reliquas partes sua cura, suo labore ac ministerio ventri omnia quaeri,
 33 ventrem in medio quietum nihil aliud quam datis voluptatibus frui; conspirasse inde ne
 34 manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. Hac ira, dum
 35 ventrem fame domare vellent, ipsa una membra totumque corpus ad extremam tabem
 36 venisse. Inde apparuisse ventris quoque haud segne ministerium esse, nec magis ali quam
 37 alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc quo vivimus vigemusque, divisum
 38 pariter in venas maturum confecto cibo sanguinem. Comparando hinc quam intestina
 39 corporis seditio similis esset irae plebis in patres, flexisse mentes hominum.

Livius, Ab urbe condita II, 31, 7-32

Tekst 2

De door Livius beschreven *secessio plebis* wordt ook in het geschiedwerk van de Griekse auteur Dionysius van Halicarnassus behandeld. Ook daar treedt Menenius Agrippa op. Hij begint zijn toespraak tot het volk als volgt:

1 Een staat lijkt enigszins op het menselijk lichaam. Ze zijn immers beide samengesteld uit
2 vele delen. En geen van die delen heeft dezelfde functie of levert dezelfde diensten als de
3 andere. Als nu de delen van het menselijk lichaam ieder voor zich zintuigen en een stem
4 zouden krijgen, en ze zouden vervolgens in opstand komen, waarbij alle zich zouden
5 verenigen tegen de maag in zijn eentje, en als dan de voeten zouden zeggen dat het hele
6 lichaam op hen rust, en als de handen zouden zeggen dat zij het belangrijkste werk doen
7 ... dan zouden zij met z'n allen de maag verwijten dat hij niets doet, maar wel door hen
8 bediend wil worden.

Tekst 3

In zijn boek “De verdediging van de poëzie” merkt de 17e-eeuwse Engelse dichter Philip Sidney op:

1 Neem nu het verhaal van Menenius Agrippa. Toen het hele Romeinse volk zich resoluut
2 van de senaat had afgekeerd en een ramp nabij leek, benaderde hij dit volk niet met
3 allerlei stijlfiguren en slimme toespelingen en al helemaal niet met gezochte filosofische
4 stellingen, hoewel hij voor die tijd een uitstekend redenaar was.

Tekst 4

In zijn werk “De Copia” bespreekt de Nederlandse 16e-eeuwse humanist Desiderius Erasmus diverse literaire genres. In het voorafgaande heeft hij de historische exempla besproken. In de onderstaande tekst stelt hij de fabel aan de orde:

1 Het dichtst bij dat soort verhalen staan de fabels, zij het dat die nog gemakkelijker zijn en
2 nog meer overtuigen. Ze zijn gemakkelijk doordat ze een elegante weergave zijn van zeden
3 en gewoonten. Ze hebben overtuigingskracht, doordat ze de waarheid als het ware
4 zichtbaar maken. Vooral eenvoudige liederen en simpelere van geest worden erdoor
5 gegrepen en allen die een primitieve, onbedorven aard hebben. Het hoeft dan ook geen
6 verbazing te wekken dat Menenius Agrippa de Romeinse plebs deed ophouden met een
7 heel gevaarlijke opstand door de fabel te verzinnen van de lichaamsdelen die
8 samenzwoeren tegen de maag, zoals Titus Livius meedeelt.

Tekst 5

In de *praefatio* van zijn werk “Ab urbe condita” schrijft Livius:

1 Of ik iets ga doen dat de moeite waard is, als ik de geschiedenis van het Romeinse volk
2 vanaf het eerste begin beschrijf, weet ik eigenlijk niet en, als ik het wist, zou ik het nog niet
3 durven uitspreken. Ik constateer namelijk dat het onderwerp niet alleen een lange traditie
4 kent, maar ook door veel schrijvers is opgepakt: steeds weer nieuwe auteurs menen dat zij
5 op het punt van de feiten met betrouwbaarder informatie kunnen komen of door hun
6 schrijfkunst hun minder ontwikkelde voorgangers zullen overtreffen.

Livius, Praefatio; vertaling Harke Bremer

Afbeelding



Tekst 6

In het jaar 214 voor Christus verblijft Hannibal in Zuid-Italië. Steeds meer steden kiezen zijn kant. Ook jongeren uit aristocratische kringen in Tarente overwegen de stad aan Hannibal over te dragen.

- 1 Ad Hannibalem, cum ad lacum Avernum esset, quinque nobiles iuvenes ab Tarento
2 venerunt, partim ad Trasumennum lacum partim ad Cannas capti dimissique domos cum
3 eadem comitate, qua usus adversus omnes Romanorum socios Poenus fuerat.
4 Ei, memores beneficiorum eius, perpulisse magnam partem se iuventutis Tarentinae
5 referunt, ut Hannibalis amicitiam ac societatem quam populi Romani mallent; legatosque
6 ab suis missos rogare Hannibalem, ut exercitum propius Tarentum admoveat: si signa eius,
7 si castra conspecta a Tarento sint, haud ullam intercessuram moram, quin urbs in
8 potestatem eius tradatur; in potestate iuniorum plebem, in manu plebis rem Tarentinam
9 esse.
10 Hannibal conlaudatos eos oneratosque ingentibus promissis domum ad coepta maturanda
11 redire iubet: se in tempore adfuturum esse. Hac cum spe dimissi sunt Tarentini.

Livius, Ab urbe condita XXIV, 13,1-4

- regel 2 **capti dimissique** *Participia coniuncta bij quinque nobiles iuvenes (regel 1).*
regel 3 **uti + ablativus** aan de dag leggen
 usus fuerat = usus erat
regel 4 **perpellere** overhalen
regel 5-6 **legatos missos** als gezanten gestuurd
regel 6 **rogare** *Vul als subjectsaccusativus aan se.*
 signum veldteken
regel 7 **haud ulla mora intercedit, quin** het duurt niet lang of
regel 8 **iuniores** *Bedoeld worden dezelfde als met iuventus in regel 4 worden bedoeld.*
regel 11 **in tempore** op het juiste moment

Einde